

## Order of Saint Lazarus: Primary sources

---

Innocent VIII, Pope of Rome. Bullae Papae Innocentius VIII: Cum solerti meditatione pensamus dated 5th April 1489. Original document on parchment. Arch. nat., L 326, doc.VII

- Transcribed in: R. Hyacinthe. L'Ordre de Saint-Lazare de Jérusalem au Moyen Age. Études & Communication Édition, Bez-et-Esparon, 2003, +253p. [doc. XIV] [ISBN: 2911722205]
- Transcribed in: C. Savona-Ventura. The Papal Bull Cum solerti meditatione pensamus of 1489. Journal of the Monastic Military Orders, December 2009, 2:21-38

*Innocentius Episcopus Servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam.*

*Cum solerti meditatione pensamus quod inter precipua presidia et contra inimicos orthodoxe fidei defensiones ordo hospitalis Sancti Johannis Ierosolimitani assiduum propugnaculum existit, ac pro eiusdem fidei observatione tutela et augmento viros religione decoros propugnatores accerrimos in temporalibus provisos et spiritualibus circonspectos producit, circa illius statum eo perspicatius nostre mentis [...] extendimus, eiusque prosperitatem eo desiderabilius affectamus, quo per eum universalis ecclesie succuritur illiusque personas magnis subiacentes periculis mentis nostrae oculis conspicimus. Digne igitur ad ea intendimus per que illius status prosperitas augeatur et religiosorum locorum aliorum ordinum eis cura comissa loca ipsa optate reformationis quibus indigere noscuntur auxilio subleventur, et ordo prefatus ad infidelium oppressionem in personis et facultatibus suscipiat incrementum.*

*Sane dilecti filii Petrus d'Aubusson magister et fratres dicti hospitalis superioribus annis dum Turci Crucis Christi persecutores eos intra civitatem Rhodi terra marique arcta dicta obsidione conclusos tenerent, et ipsius urbis menia machinarum aliorum etiam instrumentorum que bello usui esse solent impetu solo magna ex parte equassent sepius, cum eisdem Turcis pro fidei catholice ac Rhodie urbis defensione manus intrepide cum maxima Turcorum strage, conservarunt prefatique magistri providentia atque strenuitate ea ipsa impugna quinque vulneribus affecti commilitonumque suorum magnanimitate victores auxiliante Deo evaserunt in ea, tamen obsidione et oppugnationis congressu quamplures fratrum atque militum Christi athlete et accerrimi*

propugnatores perierunt. Et pro huiusmodi civilis opidorum, locorum, insularum et subditorum tutela, defensione, manutentione murorum turriumque ruina prolapsarum reintegratione, fortificatione, restitutione et reedificatione per magna expensarum onera necessario subire compulsi sunt; et demum Turcorum eorumdem Mahumele tiranno vita functo duobus illius filiis invicem de successione in paltris tirraniis vi et armis contendentibus, magister et fratres predicti eorum prudentia alterum ex eis sultananum Zyzum nuncupatum fratrem cedentem gladio presidioque destitutum omni ab imminenti discrimine ac instanti vite periculo servarunt in suam redegerunt potestatem, et alterum sultananum Bagiazil rerum imperiique potillum fratre aservationis et incolumentis terrore percussum ac fedus ei ignominosum ipsi vero ordini ac fidei catholice gloriosum percutiendum et pensionem tribulariam nummum auri quadraginta millium exsolvendam donrec in eorum potestate quietus degeret compulerunt ipsorumque suasu eo ipso germani pavore intercedente; tiranus ipse quosdam captivos diversi generis a servitulis iugo liberavit, classesque duas continuis esstatibus in Christicolas et latinos ab eo magna impensa instrucas alque paratas cum iamiam ipsas educere destinaret intra Hellesponti fauces impensarum sarcinis explosionis, ut magistro et eius commilitonibus in quos propensior videretur, morem gereret continuique profecto illustria facinora preconio permagnaque commendatione et condigno prosequenda premio existunt.

Nos igitur attentes, quod militem et fratum ipsius hospitalis numerus pariter, et facultates ad supportandum tantam belli infidelium molem et illorum tam grandi potentie resistendum. plurimum tenues existunt, cavendum quoque est ne ob virium imparitatem nephandi hostes, non sine maximo et perniciose catholice fidei dedecore ac detimento, prevaleant pariter, et operantes quod, si Sancti Sepulchri Dominici Ierosolimitani, Ordinis Sancti Augustini, et milicie Sancti Lazari Bethleem et Nazaret etiam Ierosolymitanorum ordinum ipsorumque prioratus, preceptorie et membra necnon domus Dei de Montemorillon dicti Ordinis Sancti Augustini, vulgo

dicti Picant, Pictavensis diocesis, et alia dependentia ab eis membra quecumque, suppressis ac penitus extincitis in eis dictis ordinibus et militia ac eorum nominibus, titulis atque dignitatibus, dicto hospitali Ierosolymitani, pro eius membris concederentur, assignarentur, et ex eis prioratus, baiulue et preceptorie, iuxta stabilitamenta hospitalis eiusdem, imposterum regende ordinarentur; et persone ad presens illa oblinentes de eorum ordinibus predictis ad ipsum hospitale transferrentur, et illum gestarent habitum qui in hospitali geritur et habetur, ac eiusdem hospitalis institutis se conformarent, et illius communi thesauro, ad instar eorum, qui nunc sum fratres ipsius hospitalis, pro preferendis illius oneribus, oportuna subsidia de eorum ecclesiasticis proventibus, annis singulis exhiberent.

Exinde projecto numerus fratrum, et facilitates dicti communis thesauri tantum incrementum susciperent, quod magister et fratres ipsi non solum eprimum infidelium potentie et oppressionibus resistere, sed illud invaderi et divina favente clementia, cum aliorum fidelium auxiliis, durante presentim Petro magistro prefato, in cuius magnanimitate et singulari prudentia, suis robustissimis commilitonibus succinto, plurimum confidimus occupatas ab eisdem terras, insulas et loca plurima in orientis partibus recuperare, et fidei catholice cultoribus repleti possent, et eorumdem, qui sic supprimerentur ordinum prioratus, preceptorie et membra, magistri et fratrum predicatorum, quorum ordo Deo gratius et Christi fidelibus plurimum est acceptus directione, laudabili reformationis votive successibus congratularentur.

Ac volentes eiusdem fidei oportunitatibus salubriter ut lenemur providere, habita super hiis cum venerabilibus fratribus nostris Sancte Romane Ecclesie cardinalibus infrascruptis deliberatione matura, de illorum consilio, Sancti Sepulcri Dominici Ierosolymitani ac milicie Sancti Lazaru Bethleem et Nazaret etiam Ierosolymitani, nec non domus Dei de Montemorillon, cum eorum iuribus et proprietalibus, etiam de quibus fit mentio (Bethleem, Nazaret et domus Dei, vel aliis [sic] ordines, per se distincti non essent), sed aliorum ordinum membra, tamen ipsa cum suis

perlinentiis a suis ordinibus, auctoritate apostolica separantes ordines predictos et eonamdem ordinum et milicie archiprioratum, prioratus et magistratus generales ac in eorumdem ordinum prioratibus, preceptorius, domibus et membris illorum, quibus denominantur nomina, et dependentias ac perlinentias omnino supprimimus et extinguiimus. Illaque omnia per universum orbem existentia et constituta, quorum nomina, fructus, redditus et proventus pro expressis habemus dicto hospitali Sancti Johannis Ierosolymitani, pro illius membris et dictam domum expresse pro membro prioratus Aquitanie dicti ordinis, de similibus consilio et auctoritate, unimus, incorporamus, concedimus et assignamus; et personas suppressorum ordinum eorumdem, ab illorum regularium institutorum observacione, exceptis tribus substantialibus velis, per eos forsan emissis, et habituum eorumdem suppressorum ordinum gestatione, de eisdem consilio et auctoritate absolvimus, et ad Hospitalē ipsum et illius ordinem transferimus.

Et volumus, ut de celero illum gestent habitum, qui per fratres dicti hospitalis geritur et habeatur, ac illius regularibus institutis se conferment. Et tam qui in titulum, quam qui in commendam in presentiarum illa obtinent, ad aliorum fratrum dicti hospitalis instar, iuxta magistri et fratrum predictorum, aut ab eis auctoritatem habentium, providam moderationem, pro temporum qualitate, de eorumdem membrorum que sic oblinuerint, proventibus, communī thesauro predicto, suffragia et onera exhibeant annualim, et magistri ac conventus predictorum mandatis obtemperent, nec quovis modo clam vel palam, illi qui huiusmodi prioratus aut loca dictorum ordinum suppressorum tenent, eis cedant aut renuncient, vel de eis donationem faciant, absque expresso consensu, licentia et auctoritate magistri et conventus prefatorum; quod si secus fecerint irritum et inane, quod factum fuerit, et nullius roborus esse decernimus. Et nichilominus penam privationis beneficiorum et excommunicationis late sententie, eo ipso incurrere censeantur plenam magistro moderno quoad vixerit et magister dicti hospitalis erit soli sine conveniu et cum cedente vel decedente seu

magistratum dicti hospitalis alias quomodolibet dimittente pro tempore existenti magistro et conventui prefatis, ac habentibus ab eis potestatem, ex eisdem dictorum sic suppressorum ordinum, prioratibus, domibus, preceptoriiis et membris huiusmodi, prioratus, baiuliuas et preceptorias, ad instar aliorum membrorum dicti hospitalis et de illa de domo Dei de Montemorillon, cum suis pertinenliis, ipsius prioratus Aquitanie eiusdem hospitalis et non alterius prioratus, auctoritate nostra ordinandi. Et cum pro tempore vacaverint, de eisdem disponendi, concedentes presentium tenore facultatem ac decernentes prioratus, domus, preceptorias et membra suppressorum ordinum huiusmodi, dicto hospitali, ut preferatur, applicata, et illa nunc et pro tempore obtinentes privilegiis, favoribus et indultis, quibus alia eiusdem hospitalis membra et fratres potiuntur et gaudent uti potui et gaudere posse et debere et in hiis que hospitali et membris eius, ac ilia obtinentibus concederentur imposterum paro modo includi.

Irritum quoque et inane quicquid secus super hiis a quoqua quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemplari. Et nichilominus omnibus et singulis in dignitate ecclesiastica constitutis personis et cathedralium ecclesiarum canonicis ac ordinariis locorum in spiritualibus generalibus vicariis et officialibus quos de super pro parte magistri et conventus predictorum vel dilectorum filiorum Guidonis de Blanchefort prioris prioratus Auvernie ac Johannis Kendal Turcopelerii dicti hospitalis oratorum pro nonnullis arduis negotiis ad nos destinatorum requiri continget de similibus consilio et scientia per se aut alium vel alios premissa ubi quando et quoliens expedire cognoverint solemniter publicantes. Ac eis super hiis efficacis defensionis presidio assistentes faciant auctoritate nostra translatas ad ipsum Hospitalis suppressorum ordinum predictorum personas in habitu et regularium institutorum dicti hospitalis observantia fratribus eiusdem hospitalis se conformare et eorumdem magistri et conventus ac ipsorum officialium, ad instar aliorum fratrum dicti hospitalis obtemperare mandatis et eiusdem Hospitalis usus mores stabilita statuta et

consuetudines observare, et tam illos quam qui in presentiarum aliqua ex dictorum suppressorum Ordinum membris in commendam obtinent aut qui in vim presentis unionis in futurum obtinebunt ad respondendum de illorum proventibus dicto communi thesauro aut illis quibus assignata fuerint debite satisfaciant et onera ac pensiones reservatas seu impostarum reservandas, iuxta moderationem de super pro tempore factam aut faciendam ut preferatur eadem auctoritate compellant contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo invocato eliam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac ordinum et milicie predictorum iuramento eliam apostolica confirmatione vel quavis firmitate alia roboralis statutis et consuetudinibus de eisdemque ordinibus sic suppressis concessis per sedem apostolicam privilegiis contrariis quibuscumque. Seu si aliquibus communiter vel divisim a Sede apostolica indulatum existat quod interdici suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indundo huiusmodi mentionem.

Et quia difficile foret presentes litteras ad singula loca in quibus necessarie erunt deferre, volumus quod earum transumptis sigillo alicuius prelati seu eius vicarii ecclesiastici munilis et manu publici notarii subscriptis eadem prorsus fides adhibetur que adhiberetur eisdem originalibus litteris si essent exhibite vel ostense. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre separationis suppressionis extinctionis unionis incorporationis concessionis assignationis absolutionis translationis constitutionis et volumatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemplare presumpserit indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominice millesimo quadringentesimo octagesimo nono, quinto kalendas aprilis, pontificatus nostri anno quinto.